PRACTICARVM FORENSIVM QVAESTIONVM LIB. PRIMVS.

Maxime vtilis & neceſſarius I.V. profeſſoribus, necnō Theol.

Authore Petro à Syria Iuris conſulto Valentino.

AD ILLVSTRISSIMVM, ET EXCELLENTISS.
D.D. Franciſcū Gomez, Sandoual, & Rojas, Ducē Lermæ, Marchionē Dianij, & Seæ, Comitē Ampudiæ, Antelatū de Caſorla, totius militię S. Iacobi Comendatorē maiorē, Capitaneū generalē militum ac hominum æqueſtrium armorū Caſtellæ, de [illegible]ſilio ſtatus Regis noſtri Philippi III. eiuſq. magnū cubicula[illegible] & ſummū præpoſitū æquæſtrū, & in rebus cunctis illius inti[illegible].



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

VALENTIAE:
Apud Ioannem Chryſoſtomum Garriz: Anno Dominicæ Incarnationis. 1603.
A coſta de Miguel Borras librero.

EGO Petrus Ioannes Aſſenſius ſacræ Theologiæ Doctor, de mandato & commiſsione D. Ioãnis de Ribera, Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia, Patriarchæ Antiocheni, & Archiepiſcopi Valentini, de Concilio ſuę Maieſtatis, &c. vidi, & diligenter perlegi hunc librum, cuius titulus ſic inſcribitur: Practicarum forenſium quæſtionum liber primus, authore Petro à Syria Iuriſcóſulto Valentino: & nihil in eo inueni doctrinæ, & pietati Chriſtianæ aduerſum, quo circa dignum cenſeo vt in lucem prodeat. Idcirco preſentibus propria manu ſubſcripſi, die 13. menſis Iunij. Anno Dominicæ Incarnationis. 1602.

Petrus Ioannes Aſſenſius.

ILLV-

ILLVSTRISSIMO, ET EXCELLENTISSIMO D. D. FRANCISCO

Gomez, Sandoual, & Rojas, Duci Lermæ, Marchioni Dianij, & Seæ, Comiti Ampudiæ, Antelato de Caſoria, totius militiæ ſancti Iacobi Comendatori maiori, Capitaneo generali militum ac hominum æqueſtrium armorum Caſtellæ, de Cõſilio ſtatus Regis noſtri Philippi III. eiuſq. magno cubiculario, & ſummo præpoſito æquæſtri, & in rebus cunctis illius intimo.

Petrus à Syria Iuris conſultus Valentinus S. P. D.

SI quiſpiam eſt (Excellentiſſime Dux) quem ſui ipſius meritis colere præcipue debeamus, & ob ſanguinis ſplendorem, & virtutis præſtantiam plurimum obſeruare, is profecto tu es iure optimo recenſendus. Nam cum multis præclaris animi dotibus ornatus ſis, quæ in mortali nomine te poſteris comẽdabũt, hoc vtiq. inter alia tibi ſplẽdorẽ affert, ꝙ ſingulari fauore, Iuris ciuilis ſtudioſos maximopere proſequaris. Hac ſ[illegible] cauſa videmus plures olim Imperatores ſua nomina poſteritati co[illegible]craſſe: & merito, quia Iuris ciuilis ſcientiã nõ ſolũ vtilem, ſed p[illegible] neceſſariam eſſe nemo inficiari poteſt. In ea etenim ciuitatũ, & [illegible]dicatu[illegible]rum omnium libertatem, pacem, dignitatem, omnemque pote[illegible] tanquam in ſolido fundamento conſtitutam eſſe exploratum. [illegible] igitur Excellentiſſime Dux, huius nobilis ſcientiæ tam præ[illegible]is patronus, ac defenſor ſis, hunc librum Practicarum forenſium [illegible]ſtionũ tuo nomini dicare, & conſacrare decreui, ſub cuius patroc[illegible], ac tutela non ſunt pertimeſcendi maleuoli, quia ſemper Hero[illegible], hominum nequiſſimo, eos ſimiles [illegible], qui cum nominis ſui gloriam optimo virtutis genere perpetuam facere nequiſſet, Templũ Dianæ Eſſeſiæ, quo antiquorum virorum præclara facinora æreis tabulis ſcripta patebant, illorum inuidus combuſſit. Sic ſunt quã plures maleuoli adeo à natura mordaces, vt aliorum labores in priuatis colloquiis ſuis perfidis linguis corrodere, & labefactare cõtendũt, ſed ſicut Dinocras Macedo malitiam Heroſtrati, Templum illud poſtea in melius perficiens aboleuit; tu alter Dinocras maleuolorum malitiam authoritate, & clementia, quibus ornaris facile poteris auertere. Accipe igitur, Excellentiſſime Dux, hilari vultu munuſculum hoc, tuo nomini dicatum, quod opinor tibi fore tanto iucundius, quanto forenſibus cõtrouerſiis agnoueris profuturum. Vale totius Hiſpaniæ decus, & ornamentum.

AD LECTOREM.

NON me latet (candide Lector) qui nihil ſcripſere, maleuolorum linguas effugiſſe, cõtra vero acerbos iudices habere, qui de re aliqua in lucem aliquid prodidere. Quare huic operi maleuolos non defore arbitror, qui illud labefactare contendent, & tanquam in perfectum, nullaq. elegantia ſcriptum, condemnabunt. Qui omnes velim, perpẽderent, naturam forenſium quæſtionum, nullis vnquam finibus terminari, minimæq. latinæ linguæ elegantia, ob varias legum, doctorumq. allegationes optime vti poſſe. Alij vero huius operis res alias, pro ſuo arbitrio carpẽt, quos quantũ poſſum obſecro, vt benigne ſcripta ſuſcipiant; ſciantque animum meum fuiſſe, vtilitatem aliquam iuris profeſſoribus in poſterum afferre, in quo ſi defuero, imbecillitati meæ tribui debet; ſi quid vero vtile, & optime dictum, in eo reperiatur, Deo optimo, bonorũ omnium fonti, referatur. Non enim inanis laus ad hoc opus edendum animum meum mouit; teſtis eſſe poteſt vita mea, in cuius curſu nihil ſequutus fui inanis vulgi vocem amplectens: ſed ſolam vtilitatem, quæ ex hoc opere legentibus proueniet, proſpexi. Etenim [illegible]c mihi ſuadebant cuncta, quæ in terris gignuntur ad vſum, & homi[illegible]s vtilitatem creari, ſic hominẽ homini prodeſſe debere, ratio poſtu-[illegible] hac ratione monitus, per tres annos ius ciuile in inclyta Valẽtinorũ [illegible]emia interpretatus fui. Et licet nunc poſt graue illud munus cau[illegible] patroni, quod iam diu ſuſcepi priuatis conſulere vtilitatibus ne[illegible], adhuc in me manet ſingulis diebus in iure ſcribendi cõſuetu[illegible]eo audeo maiora polliceri. Nam ſi Deus integram mihi valetudine[illegible]nceſſerit, quendam ſequenti anno tractatum de iuramẽtis, ſeu de [illegible]ſtionibus iuramentalibus in lucẽ edam: in quo fortaſis multa ſcitu [illegible]na videbuntur: interim obſecro vt huic operi faueas, vt ad ma[illegible] poſsim conuolare.

ERRATAE.

PAg. 1. lin. 13. pronitur, lege proponitur. P. 7. l. 17. ſi quis in tantum, le. ſi quis in tantam. P. 7. l. 1. queſt. ibi ſpolatum, le. ſpoliatum. P. 15. l. 5. Artinus, le. Aretinus P. 26. l. 14. poſsit, le. poſsint. P. 33. l. 4. ceſione, le. ſeſsione. P. 33. l. 16. inxta, le. iuſta. P. 70. l. 8. actionis, le. actoris. P. 75 lin. 16. aditione, le. editione. P. 99. & 100. & 109. vbi dicit porrogare, aut porrogationum, le. prorogare, & prorogationem. Pag. 101. li. 30. ſi faratur, le. ſi fatetur. Pag. 108. lin. 23. quod, lege quo. Pag. 144. lin. 11. carrecamenti, lege carricamenti. Pag. 174. li. 21. textus, lege textum. P. 1. li. 17. vbi incipit interpretatur, deleatur illa linea cum ſequenti.

IN-

SVMMARIVM.

1 Actio unde dicatur.
2 Actio exprimi debet in libello.
3 Actionem ineptam cauſam nō viciare, defendunt plures doctores.
4 Teſtamentum militis non viciatur, ex inepta ſolemnitatis expreſſione.
5 Factū purè debet proponi, in cauſis foren.
6 Ordo ineptè ſeruatus in electione, videtur quod non viciet.
7 Ineptā actionis expreſſionē causā viciare defēdūt plures doct.
8 Proponuntur plura iura ex quibus videtur, quod propter ineptam expreſſionem actionis vicietur cauſa.
9 Forma actionum antiquitus rigurosè obſeruabatur.
10 Interpretatio multorum iurium.
11 Refertur conſiliatio Aretini.
12 Actionis nomen ſi inneptè proponitur, cauſam non viciat.
13 Factum ſi ineptè pronitur cum iure agendi, cauſam viciat.
14 Interpretatio ad tex. in c. cum dilecti de emptione & vendi.
15 Interpretatio ad tex. in c. examinata de iudiciis.
16 Interpretatio ad l. 1. verſ. ſi autem ex locato ff. ſi menſor falſum modum dixerit.
17 Interpret. ad l. vnicā verſ. eodemq; modo C. de rei vxoriæ act.
18 Interpretatio ad forum, item ſtatuimus de clamo non mutādo.

QVÆSTIO PRIMA.

AN ACTIO INEPTA viciet cauſam.

ACTIONIS nomen, varias continet in iure ſignificationes, quas poſt glo. in lege nihil aliud ff. de actionibus & obligationibus, & in principio, inſtituta de actionibus, latè proſequuntur Iaſon numero 13. Gomes 16. & Othomanus